

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sithmann Jacobus Kincelius

**Speculi Imperii Romani Veteris Et Moderni Ex I. 2. ff. de O. I. ad modernum
usq[ue] Imperii statum, & formam continuati Disputatio Sexta, De Censoribus:
Dictatoribus, Et Magistris Equitum**

Stetini: Goetschius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757232833>

Druck Freier  Zugang



N. K - 2 (165.)

SPECVLI IMPERII ROMANI
VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii
statum, & formam continuati

DISPUTATIO SEXTA,
DE

CENSORIBUS:
DICTATORIBUS, ET
MAGISTRIS EQVITVM,

Qvam
SS. Triade feliciter annuente,

PRÆSIDE

Viro Clarissimo, Consultissimo & Excellentissimo

DN. JOANNE Gichman/ Pom. J. U. D.
PROFESSORE REGIO,

Præceptore & Fautore æviternum honorando,

Publicæ disquisitioni submittit

JACOBUS KINCELius, Sverin. Polon.


In Acroaterio Majori d. Maji horis
ab 8. matutinis.

A N N O M. DC. LII.

STETINI,

Typis GEORGII GOETSCHII, Pædag. Reg. Typogr.

39.



VIRO

Nobilissimo, Consuliissimo, Amplissimo,

DN. ELIÆ HOFFMANNO, J. U. C.

nec non minorum Rg. civitatum Prusiaæ
in Curia S. R. Majestatis Varsaviæ Cau-
sarum Patrono & Agenti celeberrimo,
DNO. & Amico suo observantissimo.

qvin &

VIRIS

Amplissimis, Consultissimis, Gravissimis, Prudentissimis,

DN. JOHANNI SCHWARTZB.
CREM/ Consuli Reip. Medzricensis
dignissimo & integerrimo.

DN. MATTHIAE HOFFMANNO,
civitatis Medzricensis Proconsuli & Syn-
dico spectatissimo, Affini meo honora-
tissimo.

DNN. Patronis & Fautoribus meis singulari-
ter devenerandis & omnicultus & ob-
servantia prosequendis hanc Juridi-
cam Disputationem, velut primas cona-
tus & ingenii mei aristas devote offero

JACOBUS KINCELIUS. RESP.

SPECULI IMPERII ROMANI
VETERIS, ET MODERNI
Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii
statum & formam continuati.

DISPUTATIO SEXTA

Ad § 17.

DE

CENSORIBUS.

RESPONDENTIA

JACOBO KINCELIO, SVERIN. POLON.

Brrat † Pomponius enormiter in historia Censores Coss. insecutos, quasi hi censi non sufficerent. Constat Dictatorem primum Titum Largium cum Magistro Equitum Sp. Cassio A. V. ccliii. præstitutum Anno 8. post ceptum à Bruto & Collatino Consulatum qui A. V. ccxlv. primi Coss. facti, Liv. lib. 2. & 4. Subsecutus est Aulus Posthumius cum Magistro Equitum Tito Eburnio A.V. ccliv. Post Marcus Valerius de familia publicolæ eodem anno Liv. lib. 2. Tribuni plebis primi creati A. V. cclx. Leges xii. Tabul. cum Decemviris A. V. cccii. & ccciii. Censores vero L. Papyrius Mugilanus & L. Sempronius Atrabinus post ceptum Consulatum creati M. Seganius Macrinio, & T. Quintio Capitulino Coss. A.V. cccxi. Censores ergo præcessere Dictatores tres: Tribuni plebis primi : LL. xii. Tabularum cum Decemviratu.

Veri interea ordinis memores telam Pomponii in Censoribus prosequimur. † Censores à Censu vel censendo dicti quod 2. nominis ætimon, ut verè officio congruens cognoscitur apud Ulpian. in l. atatem 3. ff. de Censib. & l. omne territorium ibid. quod capita, personas, jugera, & bona describerent Censores, quod sensu censis accipitur à Luca Evangeligrapho cap. 2. ibi ἐγένετο δὲ ταῦτα μεραις ὀκτώεις εἴκαλδε δόγμα.

T

Quod

Quod expressis verbis refert Javolenus in *l. Censeri. iii.* (sic enim incipit in editione Florentina in qua i. pro e. ut & alibi passim ponitur) *ff. de V. S.* Aliæ significariones vocis Censeri in *l. 20.* *S. p. r. d. e. ff. de p. eti. bered. l. ult. ff. de suis & legitim.* hic alienæ sunt.

Censores itaq; sunt qui Censi sunt præfести, qui Magistratus

3. † cepit Romæ ut diximus A.V. ccxi. post Regifugium LXVII. Decemviratum vii. annos. Fuereq; primi Papyrius & Sempronius.
4. † De his hæc refert Cicero *lb. 3. de Legib.* Censores populi ævitates: Soboles: familias: pecuniasve censento: Urbis Templa: vias: aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populiq; partes in tribus distribuunto: Exin pecunias, ævitates, ordines, partiuntor: Eqvitum, peditumq; prolem describunto: Cælibes esse prohibento: Mores populi regunto: bini sunt: Magistratum qvinquennem habento: eaq; potestas semper esto.
5. † In totum populum, patres, Equestres, & plebem indifferenter animadvertebant, si quid in moribus lateret, non defuit corrigendi authoritas. Tacit. *z. annot.* quam urbi non minus necessariam quam utilem fuisse, deprædicat Valer. Max. *lb. 2. cap. 9.* Ideoq; dictus Magistratus sacratissimus & morum judex. Plaut. *in prolog. pœnul.* quæ animadversio cum primum à Consulibus haberetur, Censores demum certi constituti sunt, qui pro officio præsent nulli alii rei vacantes Fenestell. & Zaf. in *l. 2. §. post deinde. h. tit.*

Utilis fuit ævitatum census, ut pateret cui ad honores capessendos, vel alias actiones legitimas habere competentia esset.

6. † Refert capitol. *in Anion.* Imperatorem Antoninum jussisse ut apud præfectum ærarii patres nomina liberorum intra 30. diem ut nati fuerint, profiterentur, ut de ætate singulorum constaret.
7. † Unde est quod tam accurata habeatur annorum determinatio in jure expresa.

8. Prima ætas † infantiae censui non subjacet quæ extenditur ad 7. annum *lb. 15 ff. de u/u fruct.* *l. si infans C. de jure deliberan.*
9. A pupertate † census cepit in masculis, civibus Romanis ab anno 14. in fæminis 12. completo Inst. pr. *Quidam mod. tut. finit l. fin. C.* quando turor esse desin. *l. 41. §. pen. ff. de Vulgar. subfin. l. 14. ff. ad Sc. Silan.*

Silan. l. 5. ff. de Testam. l. 2. de vulgar. & pupill. Substit. §. 5. Inst. de Nupt. In † causa alimentorum hæc ætas pupillis laxatur & exten- 10.
ditur masculis ad 18. annum fæminis ad 14. l. 14 ff. de aliment. legat.
tunc enim pubertas intelligitur plena l. arrogator. 49. §. 1. de adopt.
l. 1. §. pueritiam ff. de postul. † Ætas manumittentis est, qui 17. an- 11.
num impleverit & 18. attigerit §. 7. Inst. quibus & causis manumitt.
Novell. 119. c. 2. † Ad honores publicos capesendos requiritur regu- 12.
lariter ætas 25. annorum completorum per l. ad rempublicam 8. ff.
de muner. & honor. l. 2. §. fin. ff. de jure Immunit. † Qvæ justa sit æ- 13.
tas dicitur in l. 2. ff. de vacat. muner. Ab hac ætate descendit juven-
tus ad senium † qvod ab 48. anno inchoare dicitur l. non alius 69. 14.
ff. de legat. 3. † Annus 60. vacat à muneribus invitis, sed non à censu, 15.
qui qvoad facultates non desinit. Author est Tacitus apud Helvic.
Vespasianum Censorem † invenisse homines annorum 100. 110. 16.
120. 130. 140. 150. idem tradit sub Adriano Rabbi Akifam cum Barco-
chabo pseudomessia trucidatum fuisse ætatis 120. annorum.

Alioquin apud Ictos constat † vitæ terminum longissimum 17.
esse centum annos † tamdiu homo vivere præsumitur, donec 18.
mors non probatur. l. 56. in fin. ff. de usufruct. & qvemadmodum l.
8. de usufruct. legat. Accurs. hic & in l. 2. §. 4. ff. Testam. qvemad.
aper. † Mors autem probatur per certum mortis nuncium. c. In 19.
presentia de sponsal. & Matrimon. Novel. 117. cap. II. † Ita benè me- 20.
mini in Pomeraniæ Judicio qvodam Ecclesiastico super causa ma-
trimoniali inter B. H. & M. R. ex decreto fuisse penaliter inhibi-
tum matrimonium contrahendum qvod sponsa M. R. asseruisset
priorum se habuisse maritum, de cuius morte tamen non consta-
bat. Cum vero contra inhibitionem hanc pœnalem, juxta ac-
ordinationem loci ecclesiasticam partes clandestinum matrimo-
nium contraxerant, indicta fuit graviori pœnâ separatio, donec
mors prioris mariti legitimè probaretur, qvæ decreta fuerunt val-
de legalia, non tantum propter metum bigamiæ sed & pœnæ biga-
miæ evitatem, cuius rei exemplum est in arresto Tholosano in
causa Martini de Guerra prioris mariti, & Arnoldi Tilli secundi,
& Rolsiam fœminam, in qua causa Corasius fuit referendarius,
qvod allegabatur, per qvod priori marito mulier adjudicabatur.

21. Et est textus expressus in e. cum per bellicam 34. q. 1. & 2. † Cæterū qvoad tempus hoc centum annorum cum juris consultis nostris consentit Dioscorides qui hoc ita putat cordis ratione, qvod in anniculo mensum habeat duarum dragmarum: in bino qvatuor: in trino sex: ac demum pro cursu pari in annum qvinqvagésimum à quo decrementa incipiunt, & ad æquilibrium supputantur unde fit ut aliò qvinqvaginta annorum ambitu peractō cordis delapsu nullum supersit vitæ spaciū. Sed ipse † Justinianus longioris vitæ testis est in Zosymo Abbatē, qvem memorat prope vicesimum & centesimum ætatis egisse annum, pollentem & animi virtutibus & corporis operationibus, tantam in eo gratiam Dei floruisse. Novell. 5. cap. 2. in verb. si vero intra. Qvam ætatem longissimam ipsi Jehovæ visam esse refert Moyses Gen. 6. v. 3. etiamq; hominem vix egredi posse statuit Trebellius Mathematicorum doctissimus, longioresq; vitæ terminos asserere, fabulosum esse vid. Rhoding. in 20. lec. antiqu. cap. 34. ubi longioris aut brevioris vitæ rationes Philosophicas cumulat.

Æqvè saluberrima res fuit magno futuro Imperio civium descriptio qvà natales, qvà censum, qvæ duo censoribus profiteri necesse habuerunt cives. † Inde Natales & censuales erant professiones de qvibus agit l. statum C. de fide instrument. l. ult. C. fine censu vel reliq. Illis parentes soboles suas; His familias, bona, patrimonium, pecuniasvè profitebantur. De priori specie aceipienda sunt l. etiam ff. de probat. l. non nudus. C. eod. l. nec omusa. l. parentes. l. interrogatam. l. liberos. de liber. caus. & locus Scævolæ in l. Imperator res §. 1. de probat. † Harum professionum speciem primitus servium Tullum Sextum Romanorum Regem præmonstrasse Dionys. refert, qvod Patres eo tempore in singulorum liberorum recens natorum capita aliquid Junonis Luciniæ templo inferrent. Ipsiq; patres censerentur & non tantum suam liberorumq; ætatem, sed & facultates, suum & uxoris & liberorum nomen profiterentur lib. 4. Qui mos continuatus secundum Capitolin ad M. Antonini Philosophi tempora, qui addidit ut hæc professio apud præfectum ærarii fieret. Vereor ne hic in persona Antonini error sit. Marcus enim Antoninus Philosophi Antonini Filius fuit, ipse autem Pater non M. sed

M. sed Aurelius Antoninus Philosophus dictus & 17. Imp. Ethnicius numeratur. Huc facit quod ait Apulejus *Apologeticus*. Pater ejus natum sibi filium more cœterorum professus est. Quæ nomina professa in templo Saturni, quo & leges & Secta asseruabantur (quod Φυλακτέρεος τῶν συμβολαῖων erat) ad acta reponebantur quo aliquid juvenalis *Satyr. 9.*

Tollis enim & libris actorum spargere gaudes

Argumenta viri: Foribus suspende coronas

Jam pater es.

De † Censualibus professionibus vide l. ult. ff. de munere & honor. 25.
l. 7. C. de donat. & Imprimis l. 4 ff. de censibus quæ lex est Ulpiani qui
sub Alexandro Severo floruit cuius tempore hoc munus fuit Cen-
sorum ultra 60. annos post mortem Antonini, ipseq; Cicero qui lib. 3.
de legibus officium censorum describit sub initio Augusti trucidatus
est. † Ergo quæstores ærarii de quibus loquitur Capitolinus ad 26.
tempus Antonini parum à censoribus disreparunt, nisi dicendum
sit quæstores sub censoribus eorumque directione hoc munus obiisse,
quemadmodum & fuere Magistri Census ad hoc constituti, ut
apud eos professiones, testamenta & tabellionum instrumenta
cederent & publicarentur, cuius rei testimonium exhibet Novell.
44. l. testamenta 18. l. consulta 23. C. de Testam. l. orphano trophos 30.
C. de Episc. & Cleric. l. secundum 32. C. de donat. l. ult. C. de iure Emphyt.
Atq; ad hunc censum alludit Apulejus *Apol. 1.* ibi. Quod si haec
exempla nihil putas, ac me non ad causam agendam, sed censum
differendum vocasti, profiteor mihi & patri meo relictum à patre
H-S-vicies. Ad hunc censum una cum fortunis familie quisque
sua capita deferabat. Erat enim census καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ ἀρχαι-
πόλις ἀπογεαθῆ. Josipp. lib. 18. antiquit. Judaic. Tertull. lib. 4. ad-
vers. Marcion.

† Qui census profuit non tantum ad illud, ut ex censualibus 27.
tabulis statum nonnunquam probationes peterentur, refert namque
Plinius ex censu longissima quorundam vitæ spacia exscripta fu-
isse. lib. 7. Sed & ut intelligeret civitas, quantum numero militum,
quantumque pecunia polleret Liv. l. i. ne incerta fiducia majora vi-
ribus

- ribus aggredetur, secundum illud Imperatoris, qvod s̄pē de fa-
cultatibus suis amplius, qvam in iis est, sperent homines §. 3. *Inst.*
qui & qvib. caus. manumitt. pr̄sertim anteqvam ex publico stipen-
dio militatum est, qvo tempore ciues nimio ære alieno oppressi
sunt, de qvo dixi ad §. 8. post ex censu hoc publico civitas ærarii
vires in milite conscribendo potuit habere cognitas. Singulis in-
28. super expedivit civibus, non relictis incensis, † qui enim censi
non fuissent, venditi sunt, & ideoq; maxima affecti capitis dimi-
nutione Ulpian. tit. de tutel. Cic. pro Cecin.
29. † *Templorum* pr̄terea habebant Inspectionem ne qvid in
decenter in illis, vel circa ea fieret; item aquarum non tantum ther-
marum, sed & quotidianæ pluviae perennis & profluentis æstivæ &
hybernæ, de qvibus est text. in l. 1 §. loquitur ff. de aqua qvotid. &
æstiv. §. & quidem *Inst.* de R. D. l. 7. ff. Qvemadmodū seruit amitt. l. D.
30. *Pius* ff. de aq. & aq. pluv. arcend. Viarum itidem † publicarum per
qvas iter populo patet, qvæ vel ad mare, vel ad oppida pertinent
Ilod. l. 15. c. ult. qvæ sunt vel prætoriæ, consulares, regales & mili-
tares. l. 2. § viarū & l. ult. ff. de itineribus publ qvæ publicè muniuntur
& redemptores recipiunt. *Hygen.* de Limitibus Confit. Si qva etiam
in viis privatis qvicqvid contra decentiam morum obtingeret, ob-
servabant; suntq; hæ viæ vel agrarie, qvæ in agris sunt, vel ad agrum
alterius ducunt, vel vicinales qvæ in vicis sunt, vel in vicos ducunt.
Inter has & cæteras militares hoc inter est, qvod militares exitum
ad mare aut in urbes aut in flumina publica, aut ad aliam viam mi-
litarem habent: Vicinalium vero pars in militares & publicas exi-
tum habent, pars sine exitu intermoriuntur. l. ult. ff. de loc. & itiner.
publicis
31. † *Ænarium* item & *vestigalia* tuebantur. Cic. d. lib 3. de legi-
bus, qvamdiu sc. censores in usu erant. Desississe autem videntur
Valentiniani & Valentis Imp. temporibus qui Anno Christi
ccclxiv. urbis vero conditæ mcxvi. ad Imperium evecti sunt, qvod
elicere licet ex l. cum ad 2. C. de condit. in public. horr. lib. 10 tit. 26.
ubi ædificiorum publicorum vel vetustate, vel pluviis corruptio-
rum refectio & animadversio (qvod censorum ex Cic. l. 3, fuit mu-
nus) officio præsidis demandatum est.

† *Æra-*

† Æratium in libera Repub. in æde Saturni habebatur Fest. 32.

lib. 1. post principes duplex habuere, vel rerum privatarum, cui prærant comes rerum privatarum, vel sacrarum largitionum, addere lubet tertium rerum fiscalium. *l. unic. C. de Quæstor. & Magistr. offic. & comitibus lib. 12. tit. 6. Tit. c. de comitt. rerum privat.* ubi Gothofr. Fuit & in antiqua Roma ærarium *Sanctius* appellatum, unde pecuniam promi non licet. Cic. lib. 7. ad Attic. Epist. 19. Liv. lib. 7.

Vestigalia Censores post præsides locabant, & publicanos constituebant *l. 203. ff. de V. S.* † qvorum maxima Romæ & potestissima fuit societas, isq; ordo in provinciis plurimum auctoritate & potentia valebat. Cic. in Epist. ad Consul. & pro Plancio. Liv. lib. 35. qui Tributum & vestigal publicum Reipubl. pendebat † qvorum erant tria genera. *Decumarum* qvæ ex frumento, vieno, oleo, & frugibus minutis exigebantur. *Scripturae*, qvæ ex pascuis Plin. lib. 19 cap. 3. Portorii qvod ex mercibus exportandis vel importandis recipiebatur. *l. 17. ff. de V. S. l. 13. de publ. d. l. 103. de V. S.* De moderno vestigalium circa eorundem constitutione, mutatione, innovatione & præscriptione &c. jure, dicendi jam locus non est oportunus vid. Recesf. Imp. Ratisbonens. de Anno 1576. in fin. P. Frideric. lib. 2. demandat. *Judic. c. 43. n. 2. & 11. tot. tit. ff. de publican. & eod. de Vestigal.*

† Cælibes esse prohibiti sunt Censores ut ostenderet S.P.Q.R. 35.

Censores sicuti omnibus virtutum essent speculum in matrimonii decore aliis non esset despectui, qvod vinculum matrimonii à Deo ordinatum, & natura cuivis insitum est, ne gentes & mundus deficeret. Hadrianus egregiè dixit: se malle hominum adjectione qvam pecuniarum copiâ ampliare Imperium in *l. 7. ff. de bonis damnator.* Cujus rei pulchra à Valer. Maximo adducuntur censorum Exempla *lib. 2. cap. 3. & cap. 4.* vid. Scalig. *lib. 3. Poet. cap. 101.*

† Cælibes quasi cælites dictos vult Fabius qvod onere gravissimo 36. vacent. *l. 1. c. 6.* † Lege quidem Julia & Papia Cælebs ex alio- 37. rum testamentis qvicqvam capere non poterat, nisi post mortem testatoris intra 100. diem matrimonium contraheret, præterqvam ex testamento cognati ad sextum usq; gradum. Ulpian. *tit. 13. de cælibe*

cælibe act: qvæ lex per Constant. & Honor. Imp. abrogata est.
Tot. tit. de Infirmand. pen. cælibat.

- Et licet respectu Dei svadentis Gen. 2. vers. 18. Non bonum est hominem esse solum, dicentis, & utilitatem Ecclesiæ & Reipublicæ
38. maximam conjugialis status præferendus sit cælibatui † ideoq; & uxoribus severissimè injungat Deus ut maritis suis honorem & obseqvium præstent, cuius rei exempla constant. Gen. 2, 2. 3. 16. Num. 30, 7. Deut. 22, 5. Tob. 10, 13. Proverb. 11, 16. c. 12, 4. c. 31, 12. 1. Cor. 7, 11. c. 5, 6. c. 14, 34 Ephes. 5, 22. Colos. 3, 18. 1. Timoth. 2, 11. c. 3, 11.
39. Titum 2, 4. cum seq. 1. Petr. 3, 1. & simil † Diffitendum tamen non est respectu cōjugum qvando uxor ad mariti obseqvium nullo modo se temperat, neq; flecti patitur, cælibatum esse tolerabiliorem, si amplius res esset integra, longeq; esse vitam feliciorem solitariam & cælibem, qvam insumere cum tali conjugatam, qvæ qvoad obseqvii in maritum pervieacem & obstinatum neglectum: Educationis liberorum affectatam & per versam indulgentiam: domesticorum reiq; familiaris inordinatam tractionem turbulenta cor mariti sapientis qvotidie exanimat & concutit, qvæ ad qvodvis indesinenter caninò more verecundiâ & pudore seposito injuriose latrat, flagrantes & minaces oculos habet, labia qvatit, dentes comprimit. Senec. 1. de ira cap. 1. Olim in facello Deæ viriplacæ redigebatur hujusmodi uxor marito ad concordiam. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Hodie locus est Consistorio si maritus lacesitus talem
40. uxoris indolem Ecclesiæ & Reipubl. vult detegere. † Infortunatissimum hominum hunc maritum Anton. de Guevarra conventus est, cui uxor refractaria, inobseqviosa & turbulenta contigit.
41. Contra † maritali concordiâ nihil unquam excogitari potest beatius & ad rem familiarem augendam aptius secundū Horat. 1. Od. 13.

Felices ter & amplius
Qvos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsoſ qveremoniis.
Suprema citius solvit amor Die.

Exstat interrogationis formula apud Gell. qva Censores in solemnî Juramento de uxoribus utebantur. ET TU EX ANIMI TUI SENTEN-

TIA UXO-

TIA UXOREM HABES? lib. 4. cap. 20. Cic. Orat. 2. Hanc Concordiam vir prudens semper cogitet & insectetur, qvam si non apiscatur, res suas quantum possibile est agat, & ferendum sibi ducat qvod ad breve vitæ curriculum Deus sibi imposuit. Gell. 1. cap. 17. Corasius ait. Fœmina necessarium malum perferenda nobis est, qvæ inconstantis, varii, & pervicacis animi multarum calamitatum hominibus ab initio mundicausa fuit ad Tit. de stat. homin. repetit.

Le&t. vol. 2. ad l. in mulis.

Addit censoribus Cic. d. lib. 3. de Legibus. † Mores populi regunto: Hi ut Plutarch. ait in M. portio Catone cum alias res, tum vero ut mores vitasq; discutiant, plurimo Imperio & potestate esse visum est, utiq; de nuptiis, liberorum procreatione, educatione, vivendi ratione, de conviviis, de luxu, vestitu diligenter inquirant. Nullam deniq; omnium cupiditatum ac institutionum esse, qvam odorari ac indagari non oporteat. Iis enim longè putabant facilius qvam publicis muneribus, aut iis qvæ in oculis omnium fiunt hominum mores, cum posse deprehendere, qvis severitate disciplinæ, ne qvis ad voluptatem uteretur custodiret, & acerrimè coerceret, ne qvis primam ac consuetam vivendi disciplinam transgredetur. Extat edictum Censorum de coercendis Rhetoribus apud Gellium, qvod ita habet: Renunciatum est nobis esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt ad qvos juventus in ludum conveniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras: ibi homines adolescentulos dies totos desidere. Majores nostri qvæ liberos suos discere & qvos in ludos itare vellent, instituerunt. Hæc nova, qvæ præter consuetudinem, & morem majorum fiunt, neq; placent, neq; recta videntur. Qva propter & iis qui eos ludos habent, & iis qui eò venire consueverunt, visum est faciendum, ut ostenderemus nostram sententiam, nobis non placere. d. Gell. lib. 15. c. 11.

Simili modo ad severitatis Exempium Fabricius & Amilius censors † ipsum Cornelium Ruffum qui bis Consul & Dictator fuerat Senatu moverunt, qvod argenti facti cænæ gratiâ decem pondo haberet. Gell. d. lib. 15. c. 1. Val. Max. lib. 2. c. 4. Cic. pro Cluent. Ad eo detestati sunt Romani luxum in cibis & conviviis, &

- studuerunt probitati atq; industria non sumptibus aut Divitiis Sa-
 44. lust: ad Cœsar † Exeant Aulâ Cleopatricæ dapes: Heliogabali struc-
 tionum cerebella: Caligulæ ex auro confecta obsonia. Cælius l. 28.
 45. c. 3. † Augustus cœnam tribus ferculis, aut cum abundantissimè
 senis præbebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate. Sve-
 ton. in Auguſt. cap. 47. & c. 76. 77. Tiberius uti Augustus vini erat
 parcissimus Sveton c. 34.
- Vestitus ne in luxum abiret, hunc Romani certum & perpe-
 46. tuum voluerunt, † viris in toga & fæminis honestis in stola & pal-
 la qvæ Togavestis fuit civium Romanorum ita propria, ut non alio
 vestis genere iis uti in publico liceret: ac ne in provinciis quidem
 47. qvemadmodum ex Orat. Cic. pro postbum. intelligi potest, † pere-
 grinis enim jus togæ non fuit. l. si accepto 32. ff. de jure fisc. Hinc Virg.
 48. ait Romanos rerum dominos gentemq; togatum. † Formam hu-
 jus fuisse rotundam & aptè cæsam refert. Qvintil. lib. 11. c. 3. pars
 ejus prior mediis cruribus optimè terminabatur. Posterior eadem
 proportione altius qvam cinctura sinum habebat inundantem de-
 centem qvi sub dextro veniens super humerum sinistrum poneba-
 49. tur. Mensura senas ulnas habebat togæ justæ, † qva Romani
 in pace utebantur, in bellis paludamentis. Cornut. in pers. Sarvr. 5.
 50. Adolescentibus † sumta virili toga brachium exere per an-
 num non licuit Cic. pro Cælio, pueri ad annum 16. prætextâ toga
 utebantur, cujus oræ purpurâ intexta erant, ab eo tempore incipie-
 bat virilis toga. Ulpian. l. 23. §. 2. ff. de arg. legat. qvæ in publico
 singulis æqualis fuit. Sveton. de Cæsare acceptis vulneribus de-
 cumbente. Togâ inquit, caput obvolvit, simul sinistrâ manu si-
 num ad ima crura deduxit: videlicet ne qvæ corporis pars inhone-
 stè nudaretur. Alias in Triumphis, Togæ erant Regum & Consul-
 lum auro & purpura intextæ. In ludis & spectaculis & diebus fe-
 stis candidiore Toga utebantur cives, uti & Candidati principum
 & qvi Magistratum petebant. Valer. l. 4. c. 5. infimæ autem condi-
 tiones homines pullatos dictos, & qvi funera comitarentur atratos
 fuisse, item Reos ex Qvint. l. 2. & 6. deprehendere licet, qvanqvam
 conicere est ex Sveton. Pullatos Augustum ad pristinum vestitum
 revocasse Sveton. in Auguſt. 70.

† Sic

† Sic & *Vittis* crines redimitæ, vesteq; talari induitæ honestæ 51.
 mulieres in publicum procedebant † succinctioribus contra & 52.
 qvæ ad viriles proximè accederent, meretrices utebantur, sellis
 item lecticisq; honestiores matronæ gestabantur. Dion. lib. 5. 8.
 Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 2. fac. l. 15 §. 15 ff. de injur. Spartæ solis me-
 retricibus floridas vestes & mundum aureum concesserunt. Cle-
 mens Alexand. lib. 4. pedag. Laudabile certè foret statutum sicubi
 meretrices ab honestis matronis vestitu discriminarentur.

Porro Censores Bini santo, quinquennium habento, sc. usq; ad
 tempora Mamerici Æmilii qui lege lata censuram annuam & semi-
 strem fecit, post Appius Claudius centum abhinc annis triennium
 & 5. mensibus censuram solus habuit cum omnium invidia. Liv.
 l. 9. Desisse censuram Valentianiani temporibus conjicere est ex
 l. 2. C. de condit. in horr. public.

Hoc officium Censorium cum videretur satis operosum ac
 minimè consularē cui scribarum ministerium, custodiæq; & ta-
 bellarum cura subjiceretur, † parva origine censura orta est, Li- 53.
 vio attestante, ut nefas ductum è Patribus Censores creari, cumq;
 à primoribus honor iste sperneretur, papyrius Semproniusq; quo-
 rum de Consulatu dubitabatur utrum solidum consulatum ex-
 plerent, censoræ à populo suffecti sunt. Verum successu tempo-
 ris censoria dignitas omnium Magistratum ferè princeps facta,
 ait, Cic. in Catone qui post consulatum censuram ambivit, qvæ
 universæ Reipublicæ supremum ac perfectissimum locum haberet.

Ad hoc munus eligebatur à populo alter patritius alter ple-
 beius, † qui prorsus cives, ita notabant virgulæ nomini in albo 54.
 subductâ, ut qui Senator esset, ejiceretur senatu. Qui Eqves Ro-
 manus, eqvum publicum perderet, sive aut strigosum aut macilen-
 tum haberet Kirchnerus Omst. 28. p. 562. Qui plebeius in cœritum
 tabulas referretur & esset æratius ac non amplias per hoc in albo
 centuriæ suæ ad hoc ut civis esset, sed tantummodo sine tamen in
 famiæ nota (nisi propter turpitudinem notatus esset) pro capite
 suo tributi nomine æra præberet.

† Cœrites pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq; pri- 55.
 mi municipes sine suffragi jure facti sunt, concessumq; illis ut

civitatis Romanae honorem haberent, sed negotiis, & muneribus vacarent. Hinc cœrtes tabulae appellatae in quas Censores referri jubebant, quos notæ causâ suffragiis privabant Agell. l. 16. cap. 13.

56. † Notæ Censoriae triplices erant, aut ex senatu aliovis Magistratu movebant, aut ærarios faciebant aut eqvitem eqvō publico multabant vid. Val. Max. lib. 2. Livium & alios. Tres fuerunt civium ordines atq; ex illis movebantur à Censoribus si probrum cognovissent secundum legem Censoriam antiquam: Probrum in civitatem ne relinquentio Cic. lib. 3. dell. Tradunt Historia Censores non semper ex causis æqvè momentosis Senatores senatu movisse: Cornel. Ruffus à Fabric. Senatu motus est, qvod decem pondo argenti pro habendo convivio comparasset. Val. lib. 2. c. 4. Antonius Senatu motus qvod uxorem sine amicorum consilio habito repudiasset. Valer. d. loc. † Maximilius à Catone Seniore Censore Senatu turbatus qvod uxorem in præsentia Filiae osculatus fuisse. Livius lib. 98.
58. † Translatō autem in principem Imperiū Imperatores correctionem morum suscepserunt, qvorum authoritate, non Censorum Senatores ordine moveri ceperunt. Sveton. in Domitian.
59. Valer. Maxim. Et Plutarch. in Coriolan. tradunt † bis hunc Magistratum atrabire, aut altero Collega mortuo superstititem in officio permanare non licuisse. Unde Livio Druſo mortuo cum collega ejus Scaurus se magistratu minimè abdicare vellet Tribuni plebis iuslī in carcerem ductus est.
60. Hodie † Collegium Electorale Censoriam authoritatem qvodammodo referre videtur in actu depositionis Imperatoris qvod Wenceslao & Adolpho Nassaviensi Impp. contigit Goldast, in Reichs-Satzungen part. 1. fol. 158. Lambert. Snaffenburg in Annal. Henrici. IV. † Alias Census pro collectis & contributionibus hodiè nomen sortitur & peculiarem Magistratum regulariter non facit, sed à qvolibet Magistratu, jurisdictionem & Regalia vel ad minus usum Regaliorum ex conventione habente indici conservit. † Inde collectæ seu census sunt vel generales seu Imperiales, qvæ ab Impp. alia territoriales provinciales circulares & locales qvæ à statibus Imperii & civitatibus mediatis indicuntur, illæ vulgo

vulgo sunt Reichs Steur/Reichs Anlage qvæ pro expeditione Turcica ac sustentatione Cameræ solvitur. Aath. Decis. Cameral. verb. collectarum exactio. Contra quam nulla est clericatus aut privilegii exemptio. Recess. Sperens. de Anno 1544. §. und in diesem Christi:it:hen/ ic. quam collectam seu Censum status Imperii immediati solvunt, cui si ipsi sufficere nequeant in subsidium subditos subcollectare permisum est non tamen ultra sumمام cuiq; statui in matricula assignatam d. Recess. de Anno 1544. Alia est Kreyß Steur/ qvæ peculiariter ab Imperii circulis à Maximiliano I. de anno 1512. Recess. Trevirens. & Coloniens. §. dorouff haben wie institutis, indicuntur de qvibus vid. Ruland. de Commisar. lib. 5. cap. 4. part. 2. n. 54. Petr Denais. in Jur. Cameral. tit. 22. Qyoties hoc contingit census, ut & alia non ab omnibus decem, sed sex duntaxat circulis deliberatur, & pro salute Imperii constituitur. Whener. in observ. præst. verb. Standt des Rüches. Landsteur/ gemeine Landes-Anlagen/ Schaffel/ Moltz/ Mundsteuren/ Kopffgeld/ Niehesteur/ cum statuum provincialium suffragio & consensu principes decernunt, quemadmodum & Imperiales Collectæ cum statuum præhabita deliberatione & suffragio indicuntur. Sleidan. lib. 1. in Capitulat. Carol. V. Bocer. de Collect. c. 1. n. 8. Salus enim populi, publicaq; Imperii, & territoriorum sustentatio & tuitio in causa belli, & pacis cause collectarum debent esse impulsivæ, non privati ærarii augmentatio.

Civitates municipales censum constituunt per Collegium Senatus, pro cuiuslibet Republicæ forma & statu mit ingiehung der hundert/ fünfzig/ oder acht Mannen/ &c. der Gewerck/ Companien Verwandten/ Deputir'en aus der Bürgerschafft/ &c. Hæ namque licet Regalia non habeant, usum tamen regaliorum habere possunt, ex præscriptione, & conventione cum civibus inita. Molin. in Consuetud. Paris. lib. 1. §. 5. n. 55. & seqq. definire ut urgente necessitate collectas, census, & gabellas vulgo Steuren. Accise, Kopffgeld &c. cives senatu' solvant, qvô tamen casu major civium consentientium pars minori dissentientium præjudicare minimè potest, qvō enim ad omnes indistinctè pertinet, ab omnibus debet indistincte approbari. l. quod magis ff. ad Municipal. l aliud 160.

V 3

ff. de

ff. de leg. 3. Unaq; ut Faber ait in Cod. rerum in Saband. Judicat. faba nigra in istis actibus voluntariis potest totum Impedire actum. lib. 9. tit. 29. definit. l. 8. n. 1. Imponuntur vel personis aut possessionibus, aut utrisq; unde onera sunt vel realia personalia aut mixta, suntq; vel ordinaria vel extraordinaria. l. 1. §. ult. ff. de muner. & honor. ubi Bartol. & Dd. de quo in lib. 2. capite ult. pluribus oportunius agemus.

Ad §. 18. & 19.

De Dictatoribus, & Magistris Eqvitum.

64. **R** Espiciendum † ad successionem Magistratum qvam Pomponius confuadit, qvod innui ad princip. §. anteced. † Sciendum Magistratus Romæ alios fuisse ordinarios, alios extraordinarios, illi perpetuo ac solenni modo in comitiis creabantur populi suffragiis, qvorum qvidam erant *majores* qvi Comitiis Centuriatis rogabantur, puta Consules, Prætores Præfectus utbi, Censores. Qvidam *minores* qvi curiata lege vel tributis Comitiis dabantur, qviq; Jurisdictionem nullam vel modicam (nisi delegatam) habuerunt. l. 32. ff. de injur. puta Ædiles Tribuni plebis: Tribuni pærarii: Qvæstores: Triumviri capitales: Procurator Cæsaris l. 46. ff. de Contrah. empti. Extraordinarii constituti qvoties usus ac necessitas Reipublicæ postulabat, qvales erant Dictatores: Præfeti annonæ: Præfeti vigilum: Item in Provinciis Proconsules, & Proprætores, qui majores qvidem, attamen extraordinarii appellati sunt. Vid. Hotoman. in Comment. Orat. Manil.
65. Magistratus hi † ab initio ab auspiciis habebantur, secundum Cicer. 3. de legib. Magistratus omnes Judicium auspiciumq; habento, siqvidem nullus magistratus inauspicato creabatur, postea erant qvibus à populo vel Principe Respublica tota, vel ex parte committebatur. Fest. lib. 2. Qvod in Dictatoribus, Decemviris, Consulibus, Censoribus, Prætoribus facile deprehendere licet..
66. † Censores autem æqvè non eodem rogabantur auspicio, atq; Consules & Prætores. Ideo Consules & Prætores invicem Collegæ sunt, non autem cum his Censores, neq; hi Consulum aut Prætorum

rum turbant, aut retinent auspicia, neq; hi censorum. Et qvamvis Consules & Prætores Collegæ sint, non tamen inter illos est mutua rogatio. Gellius *lib. 13. cap. 14.* Distincti ergo Magistratus distincta habuerunt officia & auspicia.

† Inter Majores Magistratus extraordinarios eminuit Dictatoria potestas, qvam à Græcis desumptissæ Romanos videtur Dionys. Halcarnasi. Licinius autem putat eos Dictatorem ab Albanis sumptissæ, dicens illos primos post Amulii & Numitoris mortem deficiente Regiæ cognatione annuos creasse Magistratus potestatem eandem habentes vocasse eos Dictatores.

† Anno IX. ut cum Eusebio & Livio numero, post Regifugiū 69. T. Largio Flavio & posthum. Cominio Arunte Coss. congregato concilio in Terentino agro Latini sexto Tarquinio, & Genero ejus Octavio Manilio Ducibus cum xxx. populis aliis pro Regum restituzione commune contra Romanos suscepserunt bellum Romani in conscribendis legionibus in multam inciderunt difficultatem. Cives tenuiores, cum propriis sumptibus militandum erat intuentes bellorum tot pericula arma renuebant, nisi à fœneratoribus nomina disolucentur, aut remitterentur. Fertur Senatus Consultum pro plebe, nullam hoc tempore fieri exactionem sive vadi monii sive condemnationis intermitting; disceptationes omnes, & justitium indici nihilq; Senatum cognitum nisi qvæ ad bellum pertinerent. Placatur qvidem hoc ipso ex parte plebs, sed non omnis ex urbe tollitur seditio, qvæ cum indies prospere videtur, speculabatur Senatus per qvem maximè modum fieret, ne plebs amplius moliretur res novas. Placuit tollendam esse Consularem potestatem & substituendum majorem belli, pacis, reiq; omnis Imperatorem, non obnoxium rationi reddendæ alicujus eorum, qvæ vellet, aut ageret. Esse vero hujus Magistratus tempus moderatum semestre, quo elapsò imperium reddendum esse Consulibus.

† Qvæ vero Senatum cogebant ad Tyrannicum dissolven- 70. dum bellum ultroneam tolerare Tyrannidem multa qvidem erant alia: super omnia vero Lex Val. publicoꝝ. Cogitabat igitur hac lege stante minimè obtemperaturos esse coactos à Magistratis

bus

- bus pauperes, hāc vero abrogatā in eam omnes adduci necessitatem, ut iusta facerent. Decernit itaq; denuo Sc̄um, ut Coss. ambo potestatem deponerent, qvisvè alias Magistratum haberet. Unusq; vir, qvem Senatus eligeret, populus confirmaret, rerum potestatem adipisceretur. † Hoc qvam haberet vim, plebs ignorans, decernit firma esse, qvæ Senatui viderentur. Tandem post multa Cominius Aruns pronunciat Largium Dictatorem, qvem admodum soliti erant interreges, seq; Magistratu abdicat; Sicq; primus creatus est hic Romæ Princeps unius belli, pacis rerumq; cæterarum Imperator.
71. Dictatores dicti, † qvod ab altero Consulum captatis auspicis nocte & silentio non à populo in Comitiis Centuriatis ad instar aliorum Magistratum dictarentur. Plutarch. in *Marcell.* non nunquam à populo rogante Senatu nominatus, qui postea à Consule diceretur. Dionys. Liv. lib. 3. & 27. qvod irregulare tamen fuit, ut dilucidè notat. Liv. d. loc. Apud eundem extant exempla cum negasent Consules dictare, creatos esse à prætore Urbano Dictatores. Item aliquando rogasse Tribunos plebis & plebem scivisse, qvæ res ne aliquando in repentina, rerum periculo urbi nociva foret, decrevit Senatus ut Consul priusquam ab urbe discederet populum rogaret, qvem Dictatorem dici placeret. Liv. d. lib. 22. Qvin & L. Cornelius Sylla Dictator à L. Valerio Flacco intertege dictus est authore Appiano lib. 1. de bell. Civil. Caj. Julium Cæsarem Dictatorem Senatus creavit. Plutarch. in ejus vita. Dictatoribus hisce Dionysius Halicarnass. Prytanes apud Rhodios. Beotarchos in Bœotia: Mediaстicos apud Campanos: Sufferes apud Panos: Thesalos, Archontes apud Athenenses: Armoftas apud Lacædemonios, comparat.
72. Hi & similes Dictatores † nullo alio pacto creari consueverunt, qvam cum vis aliqua major de improviso aborta ingentem urbi cladem minitari videretur. Qvanquam & fuerit Dictator Romæ creatus clavis in pestilentia in ædis Jovis latere dextero figendi causa, de quo Livius lib. 6. commemorat. item comitiorum habendorum lib. 7. & 9. Questionis exercendæ lib. 9. Ludorum facendorum; Senatus agendi: Feriarum latinarum, qvæ tantum nomina

men Dictatorum petebant, Rei vero gerendæ, aut seditionis sedan-
dæ causa dictati sunt regulariter ab altero Consulum captatis au-
spiciis. † Nullus enim Magistratus major sine auspiciis fuit, exce- 74.
ptis Proconsulibus & proprætoribus. Auspicio tamen etiam opor-
tuit esse penes alios Dictatores, qvod refert Livius lib. 2. L. Vetu-
rium Philonem, Comitorum habendorum causa creatum, cum
M. Pomponio Mathone Magistro Eqvitum decimo quarto die, du-
rantibus adhuc Comitiis Magistratu se abdicare jussos esse qvod
vitiosis auspiciis creati essent. Comitorum habendorum causa ||
creabatur Dictator cum continget ambos Consules urbe abesse, ||
neq; eorum copia in termino haberi posset. Dictator ad Comitia ||
agenda rogante prætore Urbano vel Tribuno plebis, à populo vel ||
plebe creari solitus est qui Comitiis finitis Magistratu abibat.

Liv. lib. 23.

Verum superstitione circa auspicia Romanorum tanta fuit, ut
sine eis nulla Comitia nullosq; Magistratus creari fas fuerit, credi-
tum est enim fata agere non sinere si bona non apparerent au-
spicia, † qvæ ex avium velatu deprehenderunt, si ab ortu solis seu 75.
sinistra mundi parte Cornices, Aquilæ, Vultures & aliæ Aves cum
Diis sacra fierent, advolarent, ab occasu seu septentrione aut ab
Austro volitantes auspicia infesta comitia impediunt excepto
corvo oscine qui bonum ab occasu praebuit auspicium. Varro
lib. 5. Epist. quæst. Hinc illi versus

Vulpes fæta abeat rutilo neu Solis ab ortu
Oscen corvus eat, sed cornix: lævior aura:
Perficum Haruspicium.

Etiam ab ortu secundum Plinium: Oscinem Corvum prece susci-
tabo solis ab ortu lib. 10. c. 19.

† Captata autem sunt Auspicia noctu & silentio, cum scilicet 76.
Consul uterq; præsens alter Dictatorem constitueret. Erat enim
electio futuri hujus magistratus abrogatâ L. publicolâ concessa
consultationi Senatus & potissimum Consulum, licere hanc ipsis
per se se facere, Dionys. † Si qvæ vero Consul, negaret vel uterq; 77.
absens esset silentio res non peracta, qvod instat apud Livium, qui
hoc ostendit iis verbis. Decrevit Senatus ut Consul M. Valerius ex

Sicilia vocatus, priusquam ex urbe discederet populum rogaret,
Dictatorem dici placeret: eumq; quem populus iussisset diceret
Dictatorem. Si Consul noluisset, prætor Urbanus populum ro-
garet. Si nec is quidem vellet, tunc Tribuni ad plebem ferrent.
Cum Consul populum se rogaturum negasset, qvod suæ potestatis
esset, prætoremq; vetuisset rogare, Tribuni plebis rogarunt, plebsq;
scivit ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat, Dictator diceretur.
Sed qvo die id plebis Consilium futurum erat Consul nocte clam
in Siciliam abiit, destitutiq; patres literas ad M. Claudio mitte-
das censuerunt, ut desertæ Reipublicæ à Collegâ subveniret, dice-
retq; quem populus iussisset Dictatorem. Ita à Marco Claudio
Consule Fulvius Dictator dictus d. Liv. 28.

78. † Constitutô hòc Magistratu, ne ullum usq;am nisi in cura
parendi populi erat auxilium cum à Consulibus ad populum pro-
vocare antea liceret, jam nullum provocationis aderat subsidium
erat enim hic Magistratus major Tyrannide secundū leges; ideoq;
79. supra Consularem potestatem. † Hòc creatô cæteri Magistratus.
80. omnes præter Tribunos plebis se abdiearunt. Polyb. lib. 3. † ubi
etiam cum in hoc à Consule differre scribit, qvod Consulem xii.
tantum secures præcederent, hunc vero xxiv. præterea illi necessa-
rio multa ad Senatum retulerunt, hujus vero summum liberumq;
fuit Imperium, & in caput civis Romani criminalis & capitalis ani-
madversio. Cic. lib. 1. de legib; s; tamen procederet legitimè nec
indicta causa. Cic. d. loc. cuius rei est exemplum in historia Papy-
rii dictatoris & Fabii Magistri Eqvitum apud Liv. lib. 8. Consuli in-
tra urbem præferebantur duntaxat fasces, extra urbem secures,
Dictatori utrobivis. Fabius Maximus Dictator adversus Hanniba-
lem copias ducens ut obvius sibi Consul sine lictoribus prodiret
81. per viatorem iusst, consulq; paruit. Liv. lib. 22 † Qvamvis itaq; exi-
stiment Politici propter extremam mortalium ambitionem, & sum-
mam regnandi libidinem periculosem esse totam rei sumمام uni
committere Ammirat. l. 5. c. 1. Exeo qvod in facilem Tyrannidem
mutari posset summa potestas, qvod in Sylla & Cæsare Roma ex-
perta est. Verum enim vero ante horum tempora unico Dictaturæ
remedio ab interitu semper fuit vindicata Reipublicæ libertas.

Atq;

Atq; ita notat Sleidan. (qvod hic referre lubuit) nihil magis obfuisse Germaniae Principibus cōtra Carol.V. belligerantibus quam qvod non ex unius Philippi Landgravii Hassiae arbitrio res tota fuerit administrata, sed bellum consilia inter eum & Electorem Johannem Fridericum fuerint divisa lib. 18. hist. de stat. religion. Concordio enim vis in unius Imperio quam collega nemo turbat, aut bona consilia perdit. Lips. de veter. Magistr. c. 17. † Qvamvis Dictator §2. habuerit Magistrum Eqvitum, non tamen hic illius fuit æqualis collega sed subjectus. Nihilominus tamen visum fuit Dictatorem tantam potestatem non sine freno habere ac morsu Ciccarell. Discurs. i. Additum hoc est Dictatoribus ut cum ferè Regiam haberent potestatem, ne hujus abusu Tyrannidis periculum urbs incurreret, ut esset.

1. Sex tantum mensium qvibus finitis Consulum rediret Im- 83.
perium, perpetuum namq; Magistratum post Reges exactos & cœptam Monarchiam Romani semper aversati sunt, consulatus an-
nudos, censuras qvinqvennales, ab initio, post tempora Mamerici
Æmilii sesqui annales Dictaturas semestrales habuere, ne diurna
majestas imperandi lasciviam pareret, parta lascivia in Tyranni-
dem degeneraret: Eximius ille Camillus exceptus cui Dictatura in
annum invito prorogata est. Livius lib. 6. ab init. Tandem Julius
Cæsar ab Antonio Consule populi jusfu, dictator perpetuus factus,
summa rerum cum Imperio potitus est. † Defuncto autem Julio
Cæsare Dictaturæ perpetuæ ratio sub Imperatoribus obsolevit.

2. Ut unus tantum Dictator qvoq; necessitatis oborta tempo- 84.
re, neq; solus esset, sed cum Magistro Eqvitum Dionys. lib. 5. & Liv.
lib. 27. Nisi fortassis tunc cum Minutii Magistri Eqvitum Imperium
cum Fabii Dictatoris summa potestate æqvatum est. Polyb. lib. 3.
Cumq; Dictatorem Magistratu abire fas erat, prius Magistrum E-
qvitum se abdicare cautum fuit, ne ille solus superstes qvieqvam
detrimenti Reipublicæ moliretur. Liv. lib. 4. Ipseq; Dictator fini-
to Magistratu à Patribus & populo cum gaudio & gratulatione in
Domum deductus est.

3. Ne extra Romanum agrum seu Italiam dictaretur. Liv. I. 27. 85.

4. Ne curru veheretur, aut eqvō uteretur in expeditione 86.

Solō Fabiō Maximō exceptō. Is enim Dictator designatus Magistrum Eqvitum Lantium Numatium dicens, primum à Senatu petitit, ut Eqvo uti sibi Dictatori liceret qvod datum hominis virtuti & tempori, nō enim antea eqvitare Dictatori fas erat, sed per qvant-

17. dam legem veterem prohibitum fuerat, t̄ sive qvod majores vires inesse pedestribus copiis arbitrarentur, & propter hoc Imperatorem in phalange permanere oportere, nec locum deserere. Sive qvoniam ad alia omnia Tyrannica magnaq; sit, ejus principatus potentia in hoc appareret Dictatorem volente populo indigere Plutarch. in Fabio.

18. Dictatores non creabantur t̄ nisi a patribus. Tandem, ut cætera, id ipsum immutatum est. Bello enim, ut Livius tradit, qvod Romanus populus cum Faliscis gesit, primus de plebe creatus Dictator C. Marius Rutilius Anno urbis ccexc. Caius Licinius Stolo & L. Sextius Tribuni plebis legem contra Camilli & patrum vota obtinuerant. 1. Ut usuræ in sortem computarentur. 2. Ne ultra qvinqvies centum agrorum jugera qvis haberet. 3. Ut alter Consulam ex plebe crearetur. Ex plebe ergo creabatur primus L. Sextius Lateranus antea Tribunus plebis A.V. ccclxxxix. cœperuntq; ab hoc tempore paulatim qvive Magistratus Majores plebi deferti.

Postquam hic Maximus post Reges exactos principatus per 19. cccc. annos desvetus fuiset. Appian. l. Bell Civil t̄ Sylla Dictator à L. Valerio Flacco interrege dictus est, qui cum Magister populi more majorum esse deberet, extitit ille trium pestiferorum vitiorum: Luxuriæ, avaritiæ & crudelitatis Magister. Cie. lib. de Finibus. Senec. lib. Epist. 19. Epist. 109. Dionysius graviter conqueritur Tyrannidem posteriorum Dictaturarum, priores omni modestiæ laude evehit. Patrum, inquit nostrorum ætate, lapsis annis fermè quadringentis à Titi Largii (A. Urb. cccliii. ex gente patritia electi) Dictatura, calumnia habita, odiosaq; res omnibus hominibus apparuit L. Cornelio Syllâ primo amara & crudeliter eà potestate usi- ita ut tunc pridem senseriat, id qvod antea per omne tempus igno- raverant Romani, Tyrannidem esse Dictaturam.

20. t̄ Hujus temporibus comburendi demortuorum corpora consuetudo inolevit, & rursus desit, ante qvidem L. XII. Tabul. non minus

minus in urbem quam in agros mortuum inferre licet, postea tamen ex rescripto D. Hadriani nefas habitum mortuos in civitate sepelire. l. 3. §. *Divus Hadrianus ff. de sepulch violat. l. mortuorum C. de religios. & sumpt. funer.*

Lex in XII. Tabulis haec extat: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito neg. urito: Rogum ascia ne polito: Mulieres genas ne radunto nevè lessum funeris ergo habento. Hoc in pontificum Collegio decreta fuisse testatur Cicero lib. 2. de leg. non esse in loco publico aut sacro fieri sepulchrum. Ante legum quidem XII. Tabul. introductionem exemplis pervium est mortuos in urbe esse sepultos, vel ob virtutis vel privilegii favorem nonnullis concessum est in urbe sepeliri. Sylla volente S.P.Q.R. in campo Martio sepultus qui locus erat publicus & sacer. Liv. lib. 90. concessum & Juliae Iuli Cæsar filia & pompeji uxori. Dionys. lib. 39. in fin. Trajanus in urbe sepultus, ossaq; ejus in Auream urnam collata in foro quod edificaverat, eiq; columna imposita fuit. Dion. d. loc. Qvia autem ante LL. XII. Tab. multis sumptibus, & vel gladiatorum vel mulierum genarum cruento quem effricabant ac lamebant, ut Rogis illa Imago restitueretur, postea XII. Tab. lege cautum est, ne mulier faciem carperet, aut rogam ascia aut dolabris poliret. Cic. lib. 2. de legibus.*

† Junctus fuit Dictatoribus Magister Eqvitum, ut olim secundum à Regibus erant Tribuni celerum, ab Imperatoribus praefecti Praetorio. † Primus Magister Eqvitum Sp. Cassius à Tito Largio 92. Dictatore primo ascitus, quod in sequentibus dictaturis in consuetudinem versum est. † Quod inanuit Cicero qui potiora dictatoris officii capita complexus est. lib. 3. de legib. At quando duellum gravissimum, discordie civium essunto ne amplius sex menses. Si Senatus creverit idem juris quod duo Consules tenento. Isq; ave sinistra dictus; populi Magister esto. Eqvitatum quincunq; regat habeo pari jure cum eo quicunq; erit disceptator. At quando Consul is, Magistratus vero populi, reliqui Magistratus ne sunt.

Omnibus æqvè Imperavit Magister Eqvitum, nisi quod soli Dictatori fuerit subjectus. † Uterque Magistratus sub Imperatoriis exspiravit & loco Magistrorum Eqvitum substituta praefectura Praetorio, quod clarè & exquisitè refert Aurelius Arcad. in l. unic.

95. *ff. de offic. præf. Prætor.* qvæ verba legis legenda † Unde dictus sit præfectus Prætorio cognoscitur ex eo qvod tradit Asconius: Veteres omnem Magistratum cui pareret exercitus Prætorem appellasse, unde est prætorium Tabernaculum, & in castris Porta præatoria. Ex qvo perspicuum est præfectum prætorio dici eum, qvi militibus eis præterat, qvos Imperatores in sui custodiam allegerant Hinc apud Liv. lib. 7. lex vetustis scripta verbis, ut qvi prætor maximus esset b. e. Magistratus maximus Idibus Septembr. clavum pangeret: Veluti Consul aut Dictator. Justinianus Novell. 25. scribit nomen prætoris Romani Imperii proprium iplosq; Consules & Imperatores veteribus sic dictos esse.

96. † Instituta præfectura prætorio primum ab Augusto qvem pro custodia corporis sui nostris dicta jut reguardia, decem milia militum habuisse, illiq; legioni fuisse suos fasces, Sveton. testatur *in vita Augusti*. & Dion. lib. 55. Imperatores præfectum prætorio cingulo & gladio investire solebant, de qvo constat memorialis Trajanivox cum præfectum suum cingulo donaret, ita dicentis. Accipe hunc ensem, & si qvidem rectè atq; è Republica imperavero pro me: sin secus, in me utere. Qvæ vox est in panegyrico Plinii. Ego qvidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiam præfecti manum armavi.

97. † Insignis hæc potestas neq; plebeis neq; Senatoribus commissa est, sed duntaxat eqvitibus. Ipse Vespasianus, inquit Livius, præfecturam qvoq; prætorii suscipit nunquam ad id tempus nisi ab Eqvite Romano administratam deniq; successu temporis non tantum Imperatoribus & prætorianis militibus adfuerunt, sed & cum summo Imperio ad provincias regendas missi sunt.

98. † Atq; qvod plenissima ipsis data ad disciplinæ publicæ emendationem licentia omnes, Imperatore ipso excepto, antestabant Magistratus privilegio: ne ab illis ulla admitteretur provocatio. Admissa tamen adversus eorum sententias supplicatio. Tit. C. de sentent. præfeti. prætor. l. si quis. C. de precibus Imp. offend. Neve à sententiis eorum minores ætate ab aliis Magistratis nisi ab ipsis præfectis prætorio restitui possent. l. unic. ff. de offic. præfeti. prætor. iii. 26. 27. C. lib. 7. Animadvertebant etiam in

iam in judices inferiores. l. 3. c. de praefect. præter. Juris perpetuū
constituendi potestatem habentes. l. 2. C. eod. Summatim potes-
tatem habebant à principe proximam, & ferè parallelam, li-
bellus tamen eis oblatus litis contestationem non operabatur.
lib. 1. C. eod. Quemadmodum libellus principi datus l. 1. c. quando
lib. princip. dat. lit. contestat. fac.

† Eratalius Aulæ principum præfектus. Sveton. alias præ- 99.
fectus prætorio erat per orientem & Illyricum Tit. C. de praefect.
prætor. Orient. Ille regebat diæcesin Orientalem qvum quindecim
provinciis: Asiam cum decem provinciis. Ægyptiacam
cum sex, ponticam cum decem: Thracicam cum sex provinciis;
Hujus Diæceses fuerunt Macedonia cum quinq; Provinciis, &
Dacia cum sex. Totidemq; erant in partibus occidentis: unus
præfector prætorio per Italiam. Novell. 69. & 70. unus per
Gallias.

† Atq; ita erant sub Imperio Constantinopolitano præfe- 100.
cti prætorio qvatuor i. per Orientem, per Illyricum, per Italicam,
per Gallias. Justinianus autem exactis Vandalis Africam
à præfecturâ Italiz prætoriana sub cuius erat dispositione exe-
mit eiq; propriam præfecturam dedit. l. 1. & 2. C. de offic. præf.
præt. Afric. ita additus est qvatuor superioribus quintus præfector
prætorio Africæ, non tertiaz mundi partis, sed minoris
Africæ cuius caput Carthago erat. Deprehenditur ex Lam-
pridio sub Imperatoribus Ethnicis præsertim Commodo & An-
tonio tres duntaxat fuisse Præfectos Prætorio.

† Hisce præfectis Prætorio potestas ut modo dixi summa 101.
erat, qvod præter l. 1. & 2. C. d. præf. Prætor. Et l. si quis de C.
precib. Imper. offerend. declarant l. 17. de minor. l. 1. C. de offic. vicar.
l. in C. de Sentent. præf. Prætor. Sveton. in August. latissimè Pan-
Ciroll. in not. Orient. Impos. C. 5. Cassiodor. lib. 6. c. 3. † Alii 102.
ab hisce erant Vicarii qui pro Præfecto Prætorio in diæceses mit-
tebantur. Cujac. ad ut. C. de Offic. Vicor. à qvibus licuit appell-
ari, à præfectis vero Prætorio minimè Cujac. 16. obs. 2. Gothofred.
ad l. 1. C. de Offic. Vicar. Crediderunt enim Principes, eos qui ob
singularem Industriam, exploratâ eorum fide & gravitate, ad hu-
jus

jus officii magnitudinem adhiberentur, non aliter Judicaturos
pro sapientia & luce dignitatis suæ, quam ipsi forent Judicaturi
l. 1. ff. de Offic. Praefet. Prator.

103. Tandem † cum Bizantium Constantinus transferret Imperium, summam illam præfectorum prætoriæ potestatem ad Causas dijudicandas restrinxit. *l. lecta. ff. de reb. cred.* totam rei sumam suo Consistorio attribuens unde omnem Junii & foris antiquitatem cum ipsa Roma eversam esse dicit Sibrand. Sillam. *de Centumvir Judic. l. 2. c. ult.*

104. Sed † cessavitne sub Dictatoribus & Magistris Equitum Magistrorum cœlerorum Jurisdicçio? Suspensam non depositam fuisse existimœ, atq; non in actu exercito regulariter, nisi casu hoc ferente, sed in signato, ut Philosophi loquuntur, magistratus manisse, Tribunis plebis exceptis, quorum potestas in exercitio continuò permanxit. Exemplo res manifesto est in Tito Largo Dictatore A. V. cccliii. apud Livium. L. Quinto Concinnato Dictatore, Consule Minutio tum temporis cum copiis obfesso & pene devicto. Mamerc. Æmilii Dictatoris oculari exemplo A. V. cccxxix. Marci Furii Camilli ter Dictatoris. L. Papirii Dictatoris & Fabii ejus Equitum Magistri cum contra vetitum victoriosè pugnasset, à Senatu, populoq; Romano à supplicio absoluti. Item L. Æmilii. Q. Fabri & aliorum quod præter Livium, Polibii, Dionysii & Plutarchi historicis autoritatibus confirmatur.

MANTISSÆ.

An Dictatura re vera Monarchia quæ statum formam repræsentat? *Disting.*
An omnium Rerum publicarum optima ac prestantissima gaudet Democratio?
Neg.

An Anglia hodiè liber populus, ac se se Regis sceptris de Jure exuerit? *Neg.* Simpliciter. Omne sceptrum (quod ita generaliter dixerim) finitur *1. Morte.* *2. Resignatione.* *3. Degradatione seu depositione.* Decollatio per carnificem haec tamen in orbe Christiano fuit inaudita, quamdiu ergo hanc legem fundamentalem tuam non authenticè produxerint Angli, se posse authoritate sua Regem ea prætensa causa publicè per carnificem ignominiosè decapitare, tamdiu enormis ac illegalis exempli onerati sunt suspicione.

S O L I D E O G L O R I A.

Kincelio suo, virtutis civilisq; prudentia studioſiſimo, de Dictatoris, Censoris & Magistri eqvitum munis disputaturo.

Rma inter censem leges, Jacobe, silere.

Tu leges armis consociare cupis.

Munia Censoris qvæ ſint, ſi pacis abuſus

Cives elati luxuriare ſolent;

Qvæ Dictatoris, ſi Martis caſtra coluntur,

Mortisq; objicitur plurima imago, refers.

Perge togaq; ſagoq; pias præfigere leges,

Non eqvitum, ſancta lege Magister eris.

Joh. Micrælius, D.

Juris consultus non eſt niſi publica privis
Jungat, non Themidi ſufficie unuſ apex.

Eſt biſide collis Praeſes Themis, Ipsiq; ſacra
Humanis adhuc, ſingula noſte decet.

Sic reclē noster Kincelius optimus ardet
Qvæ noviſe juvat, qvæ didiſiſe decet.

Hinc voreo patriæ qvo poſſit is ipſe Decori
Et patriæ, aq; ſui nominis eſſe deſer.

benevolo Calamo
ſ. PRÆSES.

JOAN. Sithmann / J. U. D. & Prof. Reg.

Cum Dictatorum, Censorum, Eqvitumq; Magistrum.

Munia, Sithmanno Diribitore, doces,

Judicium ingeniumq; Tuum qvilaude vehendum.

Non putat, ingenio judicioq; care.

Qvippe ſacros cupiens latices potare Themiftos

Rectè eqvidem ex iphis fontibus haurit aquas.

Perge ita, vota fero: fonte hoc Tibi nectaris olim.

justitiæ, & legum dulcia mella fluant.

Ita amiciſimi ſui conſalini egregiis conatiibus applandebat

GEORGIUS HUBNERUS.

E X voto pepuli qvando Republica floret

Reclē cuncta domi militiæq; gerit.

Cenſores, Dictatores, Eqvitumq; Magiftri

Sunt idco Rome, lege jubente, dati.

Iſti ſi

Isti, si cives agerent quid turpe, notarunt:

Illis sicut & his bellica cura fuit.

Hoc juvat exemplar speculari mente Sagaci:

Talis enim Regi monstrat imago viam.

Et quibus, clavo qui regnans assidet urbis,

Discere preceptum quod queat, inde capit.

Nam res præteritæ proba sunt documenta gerendi

Res nostras. Adeò nos aliena docent.

JOHANNES RABEL.

Non vulgare opus est, Romanæ discere Gentis
Jura & devarii Leges evolvere rebus,
Scire potestates verborum, quævis etiamnuis.

Area lata fori resonat, sed plena laboris

Res, quæ judicij vires exercet abunde.

Hinc pauci nucleum inveniunt & acuminem mentis

Pulticulam attingunt, sed lambunt vulpis adinstar

Extremum modò vas, quia non ab origine prima.

Nomina demonstrant, nec dextrè singula jura.

Inquirunt, sensus veri penetrantq; medullam.

Hos, JACOBE, studes vitare superciliosè,

Nec multilam, vanam & cariosam cognitionem.

Appetis: at solide jacto fundamine, firmam-

Robustamq; super-pulcro-struis ordine ideam.

Juris & indagas CENSORES, q;os caput Orbis

Roma habuit, cum bellatrix rerum Domina esse.

Applaudo ex animo, studiisq; Tuis bona cuncta.

Apprecio, ut vergant in honorem Numinis almi,

In magnum Themidis solamen & incrementum.

Justitiae, inq; decus Patriæ, Patrisq; levamen.

Huic voto DEUS omnipotens sinat omen inesse!

Præstantius. DN Resp. Sympatriota & affini meo L. Mg. acclam-

JACOBUS SAURIUS, Polon.

Dictator Roma, Censor, Egbitumq; Magister

Non ero, nec si fors mens belit, esse q;eo.

Dictator Roma, Censor, Egbitumq; Magister

Qui fuerint, menti noscere cura tamen.

Ergo mea belit hos cum mens tua scire menti,

Jure ornat mentem mens mea laude tuam.

CONRAD RUDIGER à Waldow. Nob.

Neo-March.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757232833/phys_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757232833/phys_0035)

DFG



VULGO DICATO v die Klapper-Jagd. 33

§. XI.

Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferia minor, aut media, venatio data est, a nostro vmodo se abstinere debet in locis, vbi ferae maobentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue maudet venatione, tali, vice versa, vti nequit in loci ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio assius in promtu est, qui alterius ferae per eiusmodum disturbancem disturbantur, et in aliena loca extra bannерium transfugiunt (b). Non debet autem alteri

per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui
venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in lo-
vnius jaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea
es substituantur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-
intur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet ve-
tes, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc
me faciunt tria luculentia testimonia, quae sequentibus
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
1. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehr,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm-

E

nehm-